

TIT. VI.

DE VICESIMA

1. Tabula testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum: ita ut agnitis signis, rupto lino aperiat et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potest; ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut si quando exemplum ejus intercederit, sit unde peti possit. — 2. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica presentibus testibus vel honestis viris inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt: exponit oblatio, ab iisdem rursus magistratis obsignari, quorum presentia constat aperta. — 3. Testamentum ex statim post mortem testatoris aperiatur: et ideo, quamvis sit scriptis variatum, tamen a presentibus intra triduum vel quinque dies aperiendis sunt tabulae; ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint: nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis aut libertatibus, quam necessario rectigali moram fieri.

TIT. VII.

DE LEGE CORNELIA.

1. Qui testamentum falsum scripsisset, recitaverit, subjecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, pena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur. — 2. Non tantum is qui testamentum subiect, suppressit, delevit, pena legis Cornelie coercetur, sed et qui siens dolo male id fieri jussit, faciendum curavit. — 3. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum vel legatariorum, fideicommissariorum aut libertatem non profert. — 4. Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. — 5. Codicilli quoque, si latenter nee proferantur, supprimi videbuntur. — 6. Edicto perpetuo caverunt, si tabule testimenti non apparent, de earum exhibitione interdictio redditio intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit. Tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae continentur.

TIT. VIII.

DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

1. Intestati dicuntur qui testamentum facere non possunt; vel ipsum linum, ut intestati deciderent, abruperunt; vel hi quorum hereditas repudiata est, cuiusve conditio defecit. — 2. Sine¹ iure pretorio factum testamentum abjecta dolii expectatione² obtinebit. Eorum quorum testamento rumpuntur aut irrita sunt, ipso quidem iure testamenti³ decidunt. — 3. Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis et aliquando quoque gentibus⁴ deferuntur. Sane consanguineos lex non adprehenderat; interpretatione prudens primum inter agnatos locum accepunt. — 4. Sui heredes sunt hi: primo loco filius filia in potestate patris constituti, nec interest adoptivi sint an naturales, et secundum legem Julianam Papiamve quesiti, modo maneat in potestate. — 5. Qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam ignorantes constituantur, ut furiosi aut infantes et peregrinantes, quibus ius bonorum possessionis propter prætoriam actionem non erat necessarium. — 6. In suis hereditibus a deo ad mortem testatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillo, nec furiosus curator sit necessarius, nisi forte solvenda sit hereditas⁵; quamvis etiam furiosus si resipuerit, et pupillus si adoleverit, abstine posse. — 7. Post mortem patris natus, vel ab hostibus reversus, aut ex primo secundoe mancipio manumisssus, cuiusve erroris causa probata, licet non fuerint in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur. — 8. Post filios filias, ad intestatorum successionem inter suos venient nepotes, pronepotes proneptes, ac deinde masculini sexu post filium descendentes, si nullus parentum impedimento ipsi in avi potestate vel proavi familia remanserit. Parentes enim liberis suis cum quibus in potestate fuerint ipsi, ordine successionis obsistunt. — 9. Filii, si cum neptibus ex alio filio susceptis in familia retinentur, ab intestato ad patris successionem cum fratribus vocantur: quibus in patris sui partem ve-

¹ Scil. sive iure, etc. — ² Pith. objecta dolii exceptione. — ³ Pith. iuri, quamvis ipso quidem iure testari decident, hereditas et intestatorum, etc. — ⁴ Pith. gentilices. — ⁵ Pith. tollendo non sit.

nientibus, hereditas in stirpes non in capita dividitur, ita ut filii et plures nepotes singulos semisses habeant. Idque evenit si ab eo ex duobus filiis in patrum numero¹ nepotes successerint. — 10. Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in avi enim materni potestate, alienam familiam sequentes, ipsa ratione esse non possunt. — 11. Eo tempore sue heres constituendus est, que certum est aliquem intestatum decessisse: quod ex eventu deficientis conditionis, et ortu nepotis qui vivo aro post mortem patris natus, iniri potest. — 12. Quem filius emancipatus suscepit vel adoptavit, sui heredis locum in avi successione, sicut ipse pater, obtinere non potest. Adoptivus tamen, nec quasi cognatus, bonorum possessionem ejus potiri² potest. — 13. Si sui heredes non sunt, ad agnatos legitima hereditas pertinet, inter quos primum locum consanguinei obtinent. Adgnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem descendentes, sicut filius fratris, et patruus, et deinceps tota successio. — 14. Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur; inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus et agnatus est et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo. — 15. Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversi matribus, qui in potestate fuerint mortis tempore: adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, et hi qui post mortem patris nati sunt vel causam probaverunt. — 16. Soror iure consanguinitatis tam ad fratris quam ad sororis hereditatem admittitur. — 17. Consanguinei non existentibus, agnatus defertur hereditas, prout quis alterum gradu precesserit. Quod si plures eodem gradu consistunt, similiter admittuntur. — 18. Si sint fratres defuncti, et fratris filii vel nepotes, fratre non existente, filius fratris nepoti præfertur. — 19. Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero singularium virium³ distribuatur hereditas. — 20. Filius fratris intestati filio sororis præfertur. — 21. Legitimi heredes iure civili intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur. — 22. Feminæ ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur⁴. Idque iure civili Voconiana ratione videtur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum nulla discretione sexus cognatos admittit. — 23. In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente antequam aedat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest: qui omnisi successio proximiori defertur. — 24. Ab hostibus captus, neque sui, neque legitimi hereditas ius amittit, postliminio reversus. Quod et circa eos qui in insulam deportantur, vel servi poena effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur. — 25. Pro herede gerere est destinatione futuri domini aliquid ex hereditatis rebus usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit, et qui servis hereditariis, jumentis, rebus aliis uitit. — 26. Ex pluribus hereditibus iisdemque legitimis si qui omiserint hereditatem, vel in aedendo aliqua ratione fuerint impediti, his qui adierunt, vel eorum heredibus, omnitemptum portiones ad crescunt. Quod in herede instituto, eum qui accepterat substitutum⁵, evenire non poterit; diversa enim causa est scripti et legitimis.

TIT. IX.

AD SENATUSCON: ULTIM TERTULLIANUM.

1. Matres tam ingenua quam libertinae cives romane, ut jus liberorum consecute videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos et peni temporis pariant. — 2. Quia semel uno partu tres filios edidit, jus liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fuisse videtur, nisi forte per intervalla pariat. — 3. Mulier si monstrum aliquid a prodigio enixa sit, nihil proficit. Non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur. — 4. Parvum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit. — 5. Septimo mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur. — 6. Abortus vel abactus venter partum efficere non videtur. — 7. Libertina ut jus liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit. — 8. Latina ingenua jus quirium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur: non est enim manumissa. — 9. Jus liberorum mater habet, quae tres filios aut habet aut habuit, aut neque

¹ Pith. idemque evenit si tunc eo..., instauri numero. Alii: Rōne evenit si xto... / IMPARI numero, etc. — ² Scil. peperit. — ³ Pith. virium. — ⁴ Hoc paragrapus sequens debet in Cels. leg. R. et M. xvi. 3. — ⁵ Ms. Paris. 440: femin. et si ultra consanguineas hereditates AE SUCCESSIONEM LEGITIMAM non admittuntur, PROXIMITATIS TAMEM AD SUCCESSIONEM PEPESE NON PROHIBENR. — ⁶ Cels. EQUE COHERENDI SUBSTITUTO

habet neque habuit. Habet, cui supersunt: habuit, que amisit: neque habet neque habuit, que beneficio principis jus liberorum consecuta est.

TIT. X.

AD SENATUSCONSULTUM ORPHITIANUM.

1. Filii vulgo quesiti ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur; quia pari jure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferriri debuerunt. — 2. Ad filiam ancillam, vel libertam ex senatusconsulto Claudio effectam, legitima matris intestate hereditas pertinet non potest; quia neque servi neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. — 3. Ad legitimam intestate matris hereditatem filii cives roman, non etiam latini admittuntur. Cives autem romanos eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas adiutor. — 4. Filius maternam hereditatem, eamdemque legitimam, nisi adeudo querere non potest.

TIT. XI.

DE GRADIBUS.

1. Primo gradu superiori linea continentur pater mater: inferiori filia, quibus nulla alia persone junguntur. — 2. Secundo gradu continentur superiori linea avus avia: inferiori nepos neptis: transversa frater soror. Quae personæ duplicantur: avus enim et avia tam ex patre quam ex matre; nepos neptis tam ex filio, quam ex filia; frater soror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quae personæ, sequentibus quibuscumque gradibus, similiter pro substantia earum quæ in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. — 3. Tertio gradu veniunt supra proavos proavia: infra nepes proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius filia, patruus amita, id est, patris frater et soror; avunculus materna, id est, matris frater et soror. — 4. Quarto gradu veniunt supra abavos abavia: infra abnepos abnepitis: ex obliquo fratris et sororis nepos neptis, frater patruelis soror patruelis, id est, patruus filius filia; consobrinus consobrina, id est, avunculus et matertera filius filia; amitus amita, id est, amita filius filia; itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus ad crescere patruus magnus amita magna, id est, avi paterni frater et soror; avunculus magnus matertera magna, id est, avia tam paterna quam materna frater et soror. — 5. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus atavia: infra atnepos atnepitis: ex obliquo fratris et sororis proneptos proneptis; frater patruelis soror patruelis, amitus amita, consobrini consobrina filius filia; propius sobrinus sobrina, id est, patruus magni amiti magna, avunculus magni matertera magna, id est, avi paterni frater et soror; avunculus magni amita magna, avunculus magni matertera magna nepos neptis; patruus magni amita magna, avunculus magni matertera magna nepos neptis, id est, propioris sobrinus filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere ad crescere preparati proamiti, proavunculi promatertera; hi sunt proavia paterni frater et soror, proavunculi promatertera; hi sunt proavia paternæ maternæque frater et soror, proavia maternæ. — 6. Sexto gradu veniunt supra tritavus tritavia: infra trinepos trinepitis: ex obliquo fratris et sororis abnepos abnepitis; frater patruelis soror patruelis, amitus amita, consobrini consobrina nepos neptis; patruus magni amita magna, avunculus magni matertera magna nepos neptis, id est, propioris sobrinus filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere ad crescere preparati proamiti, proavunculi promatertera filius filia: abpatruus abamita; hi sunt abavos paterni frater et soror, abavunculus abmatertera; hi sunt abavia paternæ maternæque frater et soror, abavunculus abmatertera. — 7. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque, propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororis atnepos atnepitis; consobrini filii filieque. — 8. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succendentibus prorogari potest.

TIT. XII.

DE MANUMISSIONIBUS.

1. Servum communem unus ex dominis manumittendo latinum facere non potest, nec magis quam civem romanum: cuius portio eo casu quo, si proprius eset, ad civitatem romanam pervenire, socio ad crescere. — 2. Mutus et surdus servum vindicta liberare non possunt. Inter amicos tamen et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad justam libertatem pervenire possit, conditione venditionis excipi potest. — 3. Tormentis apud presidem subjectus, et de nulla culpa confessus, ad justam libertatem perducere potest. — 4. Fideicommisso libertas data facto heredis non mutatur, si servum quem manumittere jussus est, vinxerit. — 5.

Communem servum unus ex sociis vinciendo, futura libertati non nocet: inter pares enim sententias clementior severiori præferunt. Et tertiæ humanæ rationis est favere miserioribus, et prope innocentes dicere, quos absolute nocentes promuntare non possumus. — 6. Debitor creditorve servum pignoris vincendo, deditum facere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris deteriorare facere non potest. — 7. Servus furiosi domini vel pupilli jussu vincens, deditorum numero non efficacit; quia neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. — 8. Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed si vinciri jubeat, aut vincientis procuratoris actoris factum comprobet. Quod si antequam sciret vincum, solutionis ejus causas adprobaverit, libertati future vincula non nobebunt. — 9. Caco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

TIT. XIII.

DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

1. Ea conditione heres institutus, si LIBEROS SUOS EMANCIPAVERIT, omnimodis eos cogendus est emancipare: pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta. — 2. Decedente eo a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes eius eam prestare cogendi sunt. — 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit, ILLUM ET ILLUM LIBEROS ESSE VOLO, EOQUE FILII MEIS TUTORIBUS, id, impeditur fideicommissa libertas; quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, et habentibus tutore tutor dari non potest. Sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas, ac deinde tutela competere possit.

TIT. XIV.

AD LEGEM FUSIAM CANINIAM.

1. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: STICHUS LIBER ESTO. Cum autem OBSONATORIUM, vel QUI EX ANCILLAILLA ILLA NASCITUR, LIBERUS ESSE VOLO, ex Orfianio senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: officiorum enim et artium appellatio nihil de significacione nominum mutat, nisi forte plures sint qui eo officio designentur; tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat de quo testator sensisse videatur. — 2. Codicilli testamento confirmatis libertates, cum his quæ tabulis testamento data sunt, concurrunt: et sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur, quia ex testamento utrumque confirmanter. — 3. Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugiti quoque quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. — 4. Lega Fusia Caninia caverunt, ut certus servorum numerus testamento manumittere. Subdictis igitur a duobus usque ad decem, pars dimidia; a decem usque ad triginta pars tertia; a triginta usque ad centum pars quarta; a centum usque ad quingentos pars quinta; plures autem quam centum ex majori numero servorum manumitti non licet.

LIBER QUINTUS.

TIT. I.

DE LIBERALI CAUSA.

1. Qui, contemplatione extreme necessitatibus, aut alimentorum gratia filios suos venderiderint, statui ingenuitatis eorum non præjudicant; homo enim liber nullo pretio estimatur. Idem nec pignori ab his, aut fiduciae ipsi possunt: ex quo facto sciens creditor deportari. Operæ tamen amicos tamci possunt. — 2. Veritati et origini ingenuitatis manumissionis, quoque modo facta fuerit, non præjudicat. — 3. Descriptio ingenuorum, ex officio fisci inter fiscalem familiam facta, ingenuitatis non præjudicat. — 4. Qui metu et impressione aliquicis terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendantis non præjudicat. — 5. Post suspectum liberale judicium, si assertor causam

deseruerit, in alium assertorem omne judicium transferri placuit. In priori m. vero, quod prodenda libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur: non enim oportet suspectam status causam, nulla cogente necessitate, destituiri.

TIT. II.

DE USUCAPIONE.

1. Possessionem adquirimus et animo et corpore: animo usque nostro, corpore vel nostro vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis aestivisque contingit. — 2. Per liberas personas que in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem adquiri nobis possessionem posse, utilitas causa receptum est. Absente autem domino comparata non alter ei, quam si rata sit, queritur. — 3. Longi autem temporis prescriptio inter presentes continuo decennii spatio, inter absentes vicenii comprehenditur. — 4. Viginti anno un' prescriptio etiam adversus rem publicam prodest ei qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti ejus interest adversus eos reipublice datur, qui ea negotia defendere neglexerunt. — 5. Si post motam intra tempora questionem, res ad novum dominum emptione transierit, nec is per viginti annos faciat inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

TIT. III.

DE HIS QUA PER TUREAM FIUNT.

1. In eos qui per turbam seditionem damnum alicui dederint, dumve curaverint, si quidem res pecunaria est, estimatione dupli sancitur. Quo si ex hoc corpori alicuius, vita membris noceatur, extra ordinem vindicatur. — 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata rapta, susceptum suppressum fuerit, eo anno in quadruplum ejus rei quam quis suppresserit, claverit, rapuerit, conuenitur: postea vero in simplum. — 3. Hi qui aedem alienas villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum tellis coacta fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur. — 4. Receptores aggressorum, itemque latronum, eadem pena afficiuntur qua ipsi latronis sublati enim suspectoribus, grassantum cupido conquiescit. — 5. Fures vel raptiores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum dannantur. Nonnunquam pro frequenti admissorum judicantis sententia temperatur. — 6. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo suppicio afficiuntur. Quod si incuria eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi sarciri placuit.

TIT. IV.

DE INJURIIS

1. Injuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus: in corpus, verbibus et illatione stupri; extra corpus, convictis et famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque patientis et facientis estimatur. — 2. Furiosus, itemque infans affectu dolii et capitu contumelie carent: idcirco injuriarum agi cum his non potest. — 3. Si liberis qui in potestate sunt, aut uxori fiat injuria, nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is qui fecit, in injuriarum nostrarum id fecisse doceatur. — 4. Corpori injurya inferitur, cum quis pulsatur, cuique stuprum inferatur, aut de stupro interpellatur. Quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris pena capitii vindicetur. — 5. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, eti effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciose libidinis extra ordinem puniuntur. — 6. Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est: lego duodecim tabularum, de famosis carminibus, membris ruptis, et ossibus fractis. — 7. Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio judicis estimatum congruentis penae suppicio vindicatur. — 8. Mixto jure injuriarum actio ex lege Corneliam constitutior, quoties quis pulsatur, vel cuius domus introit ab his qui vulgo derecari appellantur: in quos extra ordinem animadvertisit, ita ut prius in-

1. Cognitio ESTIMATIO.

1. Cujacius tanquam superflua expunxit VERBA ETI PLERIUS, etc. — 2. Schultingius habet, quocto in contumaciam FERIT JUDICATUM ab ea sententia, etc. Sed haec verba et sequentia interpretationibus adscribenda existimavit.

gruentis consilium pro modo commentae fraudis pena vindicetur exsilii aut metalli aut operis publici. — 9. Injuriarum civiliter dannatus, ejusque estimationem inferre jussus, famosus efficitur. — 10. Atrox injuria estimatur aut loco, aut tempore, aut persona: loco, quoties in publico irrogatur: tempore, quoties interdiu: persona, quoties senatori vel equiti romano, decurioni vel alias spectate auctoritatis viro; et si plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti romano, decurioni vel magistratui, vel aedili vel judicii, quilibet horum, vel si his omnibus plebeius¹. — 11. Qui per calumniam injuria actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim calumniatores exsilii, vel insula relegatione, aut ordinis amissione puniri placuit. — 12. Injuriarum non nisi presentes accusare possunt: crimen enim, quod vindictae aut calumnias judicium expectat, per alios intendi non potest. — 13. Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis famo corrupto aliquem perfuderit; etenim, luto obliniverit; aquas sparaverit; fistulas, lacus, quidive aliud in injuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadvertisit solet. — 14. Qui puero pretexto stiprum aliudve flagitium, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit, mulierem, puellam, interpellaverit, quidive corrumperet, pudicitia gratia fecerit, domum preluerit, pretiumque quo id persuadeat dederit, perfecto flagitio capite punitur; imperfecto, in insulam deportatur: corrupti comites summo suppicio afficiuntur. — 15. Qui Carmen famosum in injuriam alicuius, vel alia quelibet cantica quo agnosci possit, componerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publice discipline, opinionem unusquisque a turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit, pon tantum qui satyra et epigramma, sed illegitimum insectandi alicuius causam, quidve aliud genere componit. De ratione et de personarum dignitate nihil cayetur, quoniam omnimodo deformanda est ejus persona contra quem venimus. Sed in hoc modus quidam et ratio adhibenda est: estimatione enim etiam hoc modo leditur. — 16. Psalterium quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum et publice cantatum, tam in eos qui hoc cantaverint, quam in eos qui componerint, extra ordinem vindicatur: eo acris, si persona dignitas ab hac injuria defendenda sit. — 17. In eos auctores qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insule vindicatur. — 18. Convictum judicii ab appellatoribus fieri non oportet: aliquo infamia notantur. — 19. Maledictum, itemque convictum publice factum ad injuriae vindictam revocatur: quo facto condemnatus infamia efficitur. — 20. Non tantum qui maledictum aut convictionem ingesserit, injuriarum convictus famosus efficitur; sed et is cuius ope consilio factum esse dicitur. — 21. Convictum contra bonos mores fieri videtur, si obsceno nomine, aut inferiori parte corporis nudatus aliquis incestatus sit: quod factum, contemplatione morum et causa publice honestatis, vindictam extraordinariae ultios expectat. — 22. Servus qui injuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrotem, in metallum dannatur; si vero levem, flagellis caesus sub pena vinculorum tempora- lium domino restituatur.

TIT. V (A).

DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIUS LITIUM.

1. Res judicatae videntur ab his qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus, usque ad summam quo jus dicere possunt: itemque ab his qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumptus rem judicatam non facit: sed si pœna inter eos promissa sit, pœna rei in judicium deducta ex stipulatu peti potest. — 2. Confessi debitores pro judicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutionis prostituta computantur. — 3. Conferteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et literis et quocunque modo potest. Convinci autem non nisi scriptura aut testibus potest. — 4. Eorum qui debita confessi sunt, piniora capi et distrahli possunt. — 5. Confessionem suam reus in duplum revocare non potest. — 6. Ea quae altera parte absente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent. — 7. Trinis literis vel edictis, aut uno pro omnibus dato, aut triina denunciatione convenit, nisi ad judicem a quo sibi denuntiatum est, aut cuius literis vel edicto convenitus est, venerit, quasi in contumaciam dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet; quin immo nec appellari potest ab ea. Ab ea sententia² que adversus contumaces data est, neque appellari neque in duplum revocari potest. — 8. Res olim judicata, post longum silentium in iudicium deduci

non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longum autem tempus, exemplo longe præscriptionis, decennii inter presentes, et inter absentes vicenii computatur. — 9. In causa capitali absens nemo damnatur, neque absens per alium accusare aut accusari potest. — 10. Falsis instrumentis religione judicis circumducta, si jam dicta sententia prius de crimine admissa constiterit, ejus cause instauratio jure depositur. — 11. Ratio calculi sapientis se patitur suppeditari, atque ideo potest quoconque tempore retractari, si non longo tempore evanescat.

TIT. V (B).

DE REBUS AUCTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS.

1. Pupillo, si non defendatur, in possessione honorum creditoribus constitutis, ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt. — 2. Ejus qui ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quādū revertatur.

TIT. VI.

DE INTERDICTIS.

1. Retinende possessionis gratia comparata sunt interdicta, per qua eam possessionem quam jam habemus, retinere volumus, quale est utri possidetis de rebus soli, et utrui de re mobili. Et in priore quidem is poti est, qui reddit interdicti tempore nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet. In altero vero potior est qui major parte anni retrorsum numerati nec vi nec clam nec precario possedit. — 2. Ut interdictum, ita et actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. Cuius rei sollicitudo ad viarium curatores pertinet, a quarum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo committentes impeditant, demolito opere condemnatur. — 3. Non tantum si ipse dominus possessione dejicitur, utile interdictum est, sed etiam si familia eius. Familia autem nomine etiam duo servi continentur. — 4. Vi dejicitur, non tantum qui oppressu multitudinis, aut fustium, aut telorum, aut armorum metu terretur; sed et is qui, violentia opinione comperta, possessione cessit, si tamen adversarius eam ingressus sit. — 5. De navis vi dejectus hoc interdicto experiri non potest; sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi honorum raptorum datur. Idemque de eo dicendum est, qui carruca aut equo dejicitur; quibus non abductis, injuriarum actio datur. — 6. Vi dejectus videtur, et qui in praedio vi refinetur, et qui in via territus est, ne ad fundum suum accedit. — 7. Qui vi aut clam aut precario possidet, ab adversario impune dejicitur. — 8. Ex rebus vi possessis si aliquae res arserint, vel servi decesserint, licet id sine dolo ejus qui dejicit, factum sit, estimatione tamen condemnandus est, qui ita voluit adipisci rem juris alieni. — 9. Si inter vicinos ex communis rivo aqua ducatur, interdicti prius debet ex his vicibus quibus a singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti nummaria pena irrogatur; cuius rei cura ad sollicitudinem præsidis spectat. — 10. Redditur interdicti actio, que proponitur ex eo ut quis, quod precario habet, restituit. Nam et civilis actio huius rei, sicut commodati, competit: ex vel maxime quod ex beneficio suo unusquisque injuriam pati non debet. — 11. Precario possidere videtur, non tantum qui per epistolam vel quocunque alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed et qui nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino, possidet. — 12. Heres ejus qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est clam videri possidere: nullus enim preces ejus videatur adhibere. Et ideo persecutio ejus rei semper manebit, nec interdictio locus est. — 13. Arbor que in alienas aedes vel in vicini agrum imminet, nisi a domino subducari non potest, isque convenientius est ut eam subducet. Quod si conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxurias ramorum compescatur: idque qualisunque dominus facere non prohibetur. — 14. Adversus eum qui hominem liberum viixerit, suppresserit, incluserit, operante ut id fieret dederit, tam interdictum quam legis Fabia super ea re actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibetur is qui detinetur; lege autem Fabia, ut etiam pœna nummaria coegeretur. — 15. Bene concordans matrimonium separari a patre divus Pius prohibuit: itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque, nisi forte queratur ubi utilius morari debeat. — 16. Omnibus bonis que habet queque habiturus est obligatis, nec concubina nec filius naturalis nec alumnus, nec ea que in usu quotidiano habet, obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

TIT. VII.

DE OBLIGATIONIBUS.

1. Obligationum firmardarum gratia stipulationes inductæ sunt, que quadam verborum solemnitate concipiuntur: et appellate, quod per eas firmatus obligationis constringitur. Stipulum enim veteres firmum appellaverunt. — 2. Verborum obligatio inter presentes, non etiam inter absentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instrumento³ promisso aliquem, perinde habetur atque si interrogacione precedente responsum sit. — 3. Fructarius servus si quid ex re fructuarum aut ex operis suis adquirit, ad fructarium pertinet. Quidquid autem aliunde vel ex re proprietary adquirit, domino proprietatis adquirit. — 4. Cum facto promissorio res in stipulatum deducta intercedit, perinde agi ex stipulato potest ac si ea res existaret: ideoque promissor estimatione ejus punitur, maxime si in dolum quoque ejus concepta fuerit stipulatio.

TIT. VIII.

DE NOVATIONIBUS.

Non solum per nosmetipsos novamus quod nobis debetur, sed per eos etiam per quos stipulari possumus: veluti per filium, familias vel servum jubendo, vel ratum habendo. Procurator quoque noster ex jussu nostro receptum est ut novare possit.

TIT. IX.

DE STIPULATIONIBUS.

1. Substitutus heres ab instituto qui sub conditione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cavere compellit, ne petitia honorum possessione res hereditarias deminuat. Hoc enim casu ex die interposita stipulationis duplos fructus præstare compellitur. Hujus enim præjudicium a superiori differt, quo queritur an ea res de qua agitur, major sit centum secentos: ideoque in longiore diem concepit. — 2. Ex die accepti judicii dupli fructus computantur: et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque personæ, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque, quorum nomine primitur. — 3. Quoties judicatum solvi stipulatione satisdatur, omissa ejus actio rei judicatae persecutionem non excludit. — 4. Emancipati liberi prateriti, si velint se miscere paterna hereditati, et cum his qui in potestate remanserint, communis patris dividere hereditatem, antequam honorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisfactione debent. Quod si satisdatre non possunt, statim ex fidere honorum confusionem, excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.

TIT. X.

DE CONTRAHENDA AUCTORITATE.

1. Ob metum impenditam damni vicinus satis dare debet, additis sponsoribus super eo quod damni a cederit. — 2. De communis patre utilitatis causa hoc ceperit observari, ut edificet quidem cui edificare interest, cogatur vero socius portionis sue impensis agnoscere.

TIT. XI.

DE DONATIONIBUS.

1. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum presente filia genero traditæ donationem perfecisse videntur. — 2. Probatio traditæ vel non traditæ possessionis, non tam in jure quam in facto consistit: ideoque sufficit ad probationem, si rem corporaliter teneant. — 3. Pater si filiofamilias alicui donaverit, et in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convalescit. — 4. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille cui res tradita est. Nec interest posterior quis, an prior accepit, et excepta necesse persona sint. — 5. Invitus donator de evictione rei donare promittere non cogitur, nec eo nomine si⁴ promiserit, onerari: quia lucrativa rei possessor ab evictionis actione ipsa

1. Rittershusius legendum putat xix, quod valde probet Schultingius.

juris ratione depellitur. — 6. Ei qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur, si tamen donatio et non merces eximi laboris appellanda est; quia contemplationem salutis certo modo estimari non placuit.

TIT. XII.

DE JURE FISCI ET POPULI.

1. Ejus bona qui sibi ob aliquod admisum flagitium mortem conscient, fisco vindicantur. Quod si id teclo vite, aut pudore eris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinariae successioni relinquuntur. — 2. Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui ad finem vel cognatum cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne jure subsisteret operam dedit. — 3. Si pater vel dominus id testamentum quo filius ejus vel servus heredes instituti sunt, aut legatum accepunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est. — 4. Aetati ejus qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id quod ita amisit, maxima si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit. — 5. In ea provincia ex qua quis origine ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne at gratiosus aut calumniosus apud suos esse videatur. — 6. Quoties sine auctoritate judicati officiales alicuius bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore injuria submovetur, et rei hujus auctores ad praefectos praeitorio puniendi mittuntur. — 7. Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem donatani suscipi. — 8. Imperatorum litis causa heredem instituti invidiosum est: nec enim calumnianti facultatem ex principali majestate capi oportet. — 9. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur: ideoque ejus bona qui se heredem imperatorum facturum esse jactaverat, a fisco occupari non possunt. — 10. Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere. — 11. Quicunque a fisco conveniuntur, non ex indice vel exemplo alicuius scripturae, sed ex authenticō convenientem est: et si contractus fides possit ostendī. Ceterum calumniosam scripturam vim justae petitionis in iudicio obtinere non convenit. — 12. Ejus bona qui falsam monetam percussisse dicuntur, fisco vindicantur. Quod si servi ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur: domino tamen nihil aufertur, quia pejorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

TIT. XIII.

DE DELATORIBUS.

1. Omnes omnino deferre alterum, et causam pecuniariam fisco numerare prohibentur. Nec referunt mares istud an feminis faciant, servi an ingenui an libertini, an suis an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur. — 2. Servi fiscales qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre non videntur. Subornati sane reum¹ prodere coguntur, ne qui quod per se non potest, per alium deferat. Perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. — 3. Damnati servi, sive post sententiam, sive ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant majestatis.

TIT. XIV.

DE QUÆTIONIBUS HABENDIS.

1. In criminibus eruendis quæstio quidem adhibetur, sed non statim a tormentis incipiendum est: ideoque prius argumentis quærendum est; et si suspicione aliqua reus urgatur, adhibitus tormentis, de sociis et sceleribus suis confiteri compellitur. — 2. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior et teneræ etatibus esse videatur.

TIT. XV.

DE TESTIBUS.

1. Suspectos gratis testes, et eos vel maxime quos accusator de domo produxerit, vel vita humilitas infamaverit, interrogari non placuit: in teste enim et vita qualitas spectari debet, et dignitas. — 2. In ad finem

¹. Schult. EUM.

vel cognatum inviti testes interrogari non possunt. — 3. Adversus se invicem parentes et liberi, itemque liberti, nec volentes ad testimonium admittendi sunt: quia rei vera testimonium necessitudo personarum plerumque corruptum. — 4. Testes, cum de fide tabularum nihil dicunt, adversus scripturam interrogari non possunt. — 5. Hi qui falso vel vario testimonio dixerunt, vel utrique partu prodiderunt, aut in exsilio aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur. — 6. In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis queritur, non adhibentur. Alias¹ autem jurejurando aut testibus explicantur.

TIT. XVI.

DE SERVORUM QUÆSTIONIBUS.

1. Servum de facto suo in se interrogari posse, ratio æquitatis ostendit: nō enim obesse ei debet, qui per servum aliiquid sine cautione commodat aut deposit. — 2. Judex tutelaris itemque centumviri, si alter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quæstionem. — 3. Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. Et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator cuius interest quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem. — 4. Servo, qui ultra aliiquid de domino confitetur, fides non accommodatur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum servorum arbitrio committit. — 5. Servi in caput domini, neque a priside, neque a procuratore, neque in pecuniariis, neque in capitalibus causis interrogari possunt. — 6. Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest. — 7. Qui servum ideo comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari. — 8. Servus in caput ejus domini a quo distractus est, cuicunque aliando servit, in memoriam proris domini interrogari non potest. — 9. Si servus ad hoc fuerit manumissus ne torqueatur, quæstio de eo nihilominus haberit potest. — 10. Quæstionis ejus latronis quem quis obtulit, cum de ea confiteretur, fidem accommodari non convenit, nisi id forte velandæ conscientiae sua gratia quam cum reo habuit, feuisse doceatur. — 11. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest, nisi ingratis libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur. — 12. Si pecunia data judici reus absolitus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea pena damnatur qua reus damnari potuisset. — 13. In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. — 14. Rets suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sunt criminibus responsi.

TIT. XVII.

DE ABOLITIONIBUS.

1. Abolito est deletio, oblivio, vel extinctio accusationis. — 2. Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest: postea non potest. — 3. Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio. Mediocrum autem delictorum penæ sunt, metallum, ludus, deportatio; minima, relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

TIT. XVIII.

DE ABACTORIBUS.

1. Abactores sunt, qui unum equum, duas equas totidemque boves, vel capras deceunt, aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero infra hunc numerum fuerit ablatum, pena furti pro qualitate ejus aut in duplum aut in triplicem convenit; vel iustibus casus in opus publicum unius anni datur, aut sub pena vinculorum domino restituuntur. — 2. Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, non nunquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigerunt, vel si id sepius aut a ferro conducta manus faciunt. — 3. Si ea pecora de quibus quis litigat, abegerit, ad forum remittendus est, atque ita convictus in duplum vel in triplicem furi more damnatur. — 4. Qui bovem vel equum errantem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abgeatorem constitui placuit.

¹. Cuj. ALIM. — 2. Schultingius legi posse putat: aut cum ferro att. conducta etc.

TIT. XIX.

DE SACRILEGIS.

Qui noctu manu facta prædandi ac depopulandi gratia templum irrumunt, bestias objiciuntur. Si vero per diem leve aliiquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

TIT. XX.

DE INCENDIARIIS.

1. Incendiarii qui quid in oppido prædandi causa faciunt, capite puniuntur. — 2. Qui casam aut villam inimicitarium gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur. — 3. Fortuita incendia quæ casu venti ferente, vel incuria ignem suppontibus, ad usque vicini agros evadunt, si ex eo seges vel vinea vel oliva vel fructifera arbores concrementur, datum damnum estimatione sarciantur. — 4. Commisso vero servorum, si domino videatur, noxae deditione sarciantur. — 5. Messium sane per dolum incensores, vinearum olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur. — 6. Qui noctu fructiferas arbores manufacta occiderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestores damnum sacrare coguntur, vel curia submoventur, vel relegantur.

TIT. XXI.

DE VATICINATORIBUS ET MATHEMATICIS.

1. Vaticinatores qui se Deo plenos adsimilant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana crudelitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperent, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ide que primo fustibus casi civitate polluntur: perseverantes autem in vincula publica conjicuntur, aut in insulam deportantur, vel certe relegantur. — 2. Qui novas et usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. — 3. Qui de salute principis, vel de summa reipublica mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulti, cum eo qui responderit, capite puniuntur. — 4. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia ejusque libris melius fecerit astinere. Quod si servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce afficiuntur. Consulti autem, si responsa dederint, aut in metallum damnantur, aut in insulam deportantur.

TIT. XXII.

DE SEDITIONIBUS.

1. Auctores seditionis et tumultus, vel concitatores populi pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut bestias objiciuntur, aut in insulam deportantur. — 2. Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresse terminales evertunt¹, si quidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tercia parte bonorum relegantur, aut exsulare coguntur. — 3. Cives romani qui se judaico ritu vel servos suos circumcidunt patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo relegantur: medici capite puniuntur. — 4. Judei, si alienæ nationis comparatos servos circumcidenterint, aut deportantur aut capite puniuntur.

TIT. XXIII.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIS ET VENEFICIS.

1. Lex Corneliam peñam deportationis infligit eis qui hominem occiderint, ejusve rei causa furtive faciendi cum telo fuerint; et qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint; falsum testimonium dixerint, quo quis periret, in ritus causam præstiterint. Quæ omnia facinora in honestiores peñam capitum vindicari placuit; humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut bestias objiciuntur. — 2. * Homicida est qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve causam præstiterint.

¹. Cujacius addit. VEL QUI CONVENTURO BOBOAS.

3. Qui hominem occiderit, aliando absolvitur; et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque non factum puniendum est. Ideoque qui cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non poterit, ut homicida puniatur; et is qui casu jaetu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur. — 4. * Quod si in rixa percussus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum multati elegantur. — 5. * Causa mortis idonea non videtur, cum Iesus homo post aliquos dies officium diurna vite retinens decessit, nisi forte fuerit ad necem casus aut letaliter vulneratus. — 6. * Servus si plagi defecrit, nisi id dolο fiat, dominus homicidiū reus non potest postulari: modum enim castigandi et in servorum coercitione placuit temporari. — 7. * Qui telum tutandas salutis causa ageret¹, non videatur hominis occidendi causa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne quod nocendi causa portantur. — 8. Qui latrone caēdem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit. — 9. * Si quis furem nocturnum vel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: sed melius fecerit qui cum comprehensum, transmittendum ad presidem, magistris obtulerit. — 10. Judex qui in caput fortunasque heminis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur. — 11. Mandatores cedis perinde ut homicide puniuntur. — 12. Si putator, ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit ut vitaretur, atque ita præteriens ejusdem ictu homo perierit, etsi in legem non incurrit in metallum damnatur. — 13. Qui hominem invitum libidinis aut promeriti causa castraverit, castrandumve curaverit, sive is servus sive liber sit, capite puniatur. Honestiores publicatis bonis in insulam deportantur. — 14. Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen [qua] malis exemplis res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si ex hec homo aut mulier perierit, summa supplicio afficiuntur. — 15. Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur aut bestias objiciuntur. — 16. Qui hominem immolaverint, ex eis sanguine litaverint, fanum templum polluerint, bestias objiciuntur; vel si honestes sint, capite puniuntur. — 17. Magice artis conscientis summo supplicio affici placuit, id est, bestias objici aut cruci suffigi. Ipsa autem magi vivi exuruntur. — 18. Libros magica artis apud se neminem habere licet: et si penes quoscunque reperti sint, bonis ademptis, ambustisque his publice, in insulam deportantur; humiliores capite puniuntur. Non tantum hujus artis professio, sed etiam scientia prohibita est. — 19. Si ex eo medicamine quod ad salutem hominis vel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior fuerit, in insulam relegatur²; humilior autem capite puniatur.

TIT. XXIV.

AD LEGEM POMPEIAM DE PARNICIDIIS.

Lege Pompeia de parnicidiis tenetur, qui patrem matrem, avum fratrem sororem, patronum patronam occiderit. Hi, etsi antea insuti cullo in mare precipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias danur.

TIT. XXV.

AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

1. Lege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum quodve aliud instrumentum falsum sciens do malo scripsit, recitaverit, subjecerit, usurparerit, amoverit, resignaverit, deleverit; quodve signum adulterium sculperit, fecerit, expresserit, amoverit, reservarerit; quive numeros aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, rascerit, corruperit, vituverit; vultu principum signatum monetas, præter adulterinam, reprobarerit. Honestiores quidem in insulam deportantur; humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. Servi autem post admissum manumissi capitum puniuntur. — 2. Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum pecuniam accepere, dederit; judicemve, ut sententiam ferat vel non ferat, corrupserit corrumpendem curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso judice in insulam deportantur. — 3. * Falsum est, quid-

¹. Pih. CEERET. — 2. Cuj. DEPOSITIVE.